



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De his qui oblationes parentum, aut testamenta, vel quod ipsi donauerint
Ecclesiis, retinere, aut auferre conantur. cxl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

viris terminentur. Et si obedire noluerint, quousque obediant à liminibus sanctæ ecclesiæ excludantur.

De his qui oblationes parentum aut testamenta, vel quod ipsi donauerint Ecclesiis, retinere aut auferre conantur. Cap. CXL.

CLerici etiam vel seculares, qui oblationes parentum aut donatas, aut testamentis relictas retinere persiste-
runt, aut id quod ipsi donauerint ecclesiis vel monaste-
riis crediderint auferendum, sicut synodus sancta con-
stituit, velut necatores pauperum, quousque reddant ab
ecclesiis excludantur.

De illis qui Deum heredem faciunt. Cap. CXLI.

Augustinus ait in libro de Hæredibus: Noli sub imagi-
ne pietatis augere pecuniam, dicens: Filiis meis ser-
uo has res. Quare non potius seruas illi qui te ex nihilo
fecit, qui te pascit, & filios seruat? Nõne melius creatori
tuo thesaurizabis quàm filiis? Item idem: Qua fronte hæ-
reditatem à Christo quaris, quum Christum tua hæredi-
tate fraudaueris? Qui dixit: Thesaurizate vobis thesau-
ros in cælo?

De his qui oblationes defunctorum aut negant aut difficulter reddunt. Cap. CXLII.

Qui oblationes defunctorum aut negat ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

De eadem re. Cap. CXLIII.

Ipsa enim res fidelium, oblationes appellatur: quia do-
minio offeruntur. Non ergo debent in alios vsus quàm
ecclesiasticos, & prædictorum Christianorum fratrum
vel indigentium conuerti: quia vota sunt fidelium, & pre-
cia peccatorum, atque ad prædictum opus explendum do-
mino traditæ. Si quis autem, quod absit, secus egerit, vi-
deat ne damnationem Ananix & Saphyræ percipiat, &
reus sacrilegij efficiatur sicut illi fecerunt qui precia præ-
dictarum rerum fraudabant, de quibus in prædictis legi-
tur apostolorum actibus.

De eadem re. Cap. CXLIII.

Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere vel dare voluerit præter conscientiam episcopi vel eius cui

Ex concil

Gangræ.

cap. 7.

Ex concil.

apud Va-

lencias,

cap. 4.

Ex decre.

Vrba. pa

cap. 4.

Ex concil

Gangræ.

cap. 7.